



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 8. Alexandri VI. exequiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

flectere videtur, cum paulo ante Ponti- Sæcul. XVI.
ficiis ærarium, ubi Valentini Dux pecu- A.C. 1503.
nias postulabat, penitus exhaustum me-
moraverimus: Certum porro est, Michae-
litum, quicquid reperire poterat, abstu-
lisse, ac thesauro in securitatis locum de-
portato omnes portas aperuisse, mortem-
que Alexandri publicasse, ejus domesti-
cis mex Pontificis vestiarium depre-
dantibus, quod tamen minus pretiosum
erat.

§. VIII.

Alexandri VI. exequiæ.

Post hæc defuncti Pontificis cadaver ad
Vaticanam Basilicam defertur, Car-
dinales vero, ut funebri pompa affis-
tent, ad Ecclesiam S. Mariæ supra Miner-
vam venire rogantur. Monentur quo-
que omnes Clerici ac Religiosi, ut Pa-
latium accederent, funus ad Ecclesiam
S. Petri comitaturi, ad quam Pontificis
corpus a quatuor pauperibus defereba-
tur, trecentis aliis, qui cereas faces albi
coloris gestabant, præcedentibus. In-
structa funebri hac pompa, contentio ex-
orta est inter milites, ad agendas in Pa-
latio excubias relictos, necnon inter a-
lios pro deferendis facibus selectos;
cum enim hi ab illis per vim faci-
bus spoliarentur, tam vehementer u-
trinque



Sæcul. XVI. trinque contendentium exarfere studia,
A.C. 1503. ut cunctis auffigientibus defuncti Pon-
 tificis cadaver solum relinquetur, atque
 ipsimet Ministri Papales illud ad Altare
 majus deferre cogerentur.

§. IX.

*Papa fatis fundo mutata Italia
 facies.*

Raynald. ib. Post Pontificis obitum ingens erat re-
 rum vicissitudo; Sabellius enim Cu-
 riæ Romanæ Præfектus cunctos, quos
 Papa defunctus carceribus mancipari
 iuslit, libertati restituit; redeunt ergo ad
 suas ædes Ursini, qui Hispanos mensarios
 exspoliari jubent; septem quoque alii
 Principes ad suas quisque ditiones re-
 vertuntur; Vitellii Tifernum, Bagliones
 Perusium, Appiani Plumbinum, Mont-
 Felitrenses Urbinatem Ducatum, Vanelli
 Camerinum, Sfortiæ Pisaurum, ac deni-
 que Roverii Senogalliam repetunt: In-
 cassum tamen Romandiola Provincia ad
 pristini sui Principis obsequium, aut sal-
 tem Sedis Apostolicæ dominium redire
 sollicitabatur, civibus alterutri sese subjice-
 re recusantibus, atque in Valentini Du-
 cis fide non sine omnium admiratione
 persistentibus.

Cum

